UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

R. P. Christophori de Ortega Sanclementini, E' Societate Iesv. Qvondam in Provincia Toletana Theologiæ Scholasticæ publici Professoris ... Tractatvs Dvo, De Trinitate, Nec non, Incarnatione

Ortega, Cristóbal de

Lugduni, 1664

Observatio Propositionum, quæ meritò, vel immeritò censuris Theologicis notantur in tractatu de Incarnatione.

urn:nbn:de:hbz:466:1-94251

Visual Library

OBSERVATIO

Propoſitionum, quæ meritò, vel immeritò cenſuris Theologicis notantur in tractatu de Incarnatione.

QVÆ MERITO.

NEGARE naturæ irrationali poſſibilitatem vnionis hypoſtaticæ cum Deo periculoſum. n.3.p.270

Chriſtus eſt diuinitas hæretica propoſitio Eutychiis, Huſitarum. 4.292

Aſſumptas eſſe à Verbo partes etiam organicas humanitatis qui negant, in dogma Catholicum peccant. q. 3. præf. 302

Negare ſanguinem intra corpus Chriſti exiſtentem aſſumptum à Verbo fuiſſe, ſicut partes cæteræ, hæreticum. 1. 303

Sanguinem effuſum priduo mortis vnitum manſiſſe verbo, qui negant, in fidem errant. 4.304

Probabiliter eadem cenſura feretur de humoribus reliquis, & & ſpiritibus ſanguini admixtis, quamdiu durarunt. 5.ibid

Vnionem humanitatis ad naturam, vel ſubſiſtentiam communem æquè per ſe primo factam eſſe, atque ad Verbum, temerarium, atque Triado paſſianiſmo expoſitum. 2. 305

Deitatem eſſe in Chriſto non ſolum per immenſitatem, ſed ſaltem per concomitantiam, qui negant in fidem errant. 3.308

Hominem de Chriſto non prædicari in quid, ſed in quale hæreſis eſt. 2.310

Neque Chriſto paſſibilitatem, ſiue admiſſa, ſiue non, vera eius humanitate hæreſis. 1.316

Summa pulchritudo corpori Chriſti temerè negabitur. 3. 317.

Pœnam ſenſus aliquando in inferno abſolutè ceſſaturam temerarium, & erroneum eſt. 1.353

Negare humanitati Chriſti filiationem naturalem Dei eſſe hæreticum, ſatis probabiliter ſuadetur. 1.& ſeq.438

De Concilij Francfordienſis authoritate dubitare, temerarium eſſet. 3.432

Filiatio Dei media inter naturalem, & adoptiuam ſingularis, & fere temeraria. 5.439

Similitudinem creaturæ rationalis ad Deum ſufficere ad filiationem Dei naturalem periculoſum in fide. 1.ibid.

Periculosè infertur ex illo Mathæi, *Hic eſt filius meus* humanitatem eſſe totius Trinitatis filium. 5.442

Chriſtum ſecundum humanitatem adoptiuum Dei filium eſſe, non ſine fidei iniuria dici, probabiliſſimè oſtendetur. 1. & ſeq. 447.

Doctorum cenſuræ in aduerſam doctrinam. 4.446

Nec minori cenſura Dei ſeruus dicetur tota. 1.461

Chriſtus ſe ipſo, ac Spiritu ſancto minor ſine addito dictus in ſenſu ſtricto errorem poteſt continere. 2.455

Qui docent, humanitatem Chriſti æquè amabilem, eſſe, & ſanctam, ac Deum damnantur in Concilio *Baſilienſi* cum Auguſtino & Roma. 4.483

Iidem in Eutychianiſmum coguntur. 2.484

Negare voluntatem humanam Chriſti conformem omnino voluntati Dei præcipientis, aut conſulentis erroneum eſt. 1.500

Negare humanitati Chriſti tentationes externas hæreſis eſt. 1.& ſeq. 502. & 1.505

Negare eidem futurorum notitiam temerarium, non erroneum eſt. 5.509

Negare item illi ſcientiam per ſe infuſam. 4.512

Qui negant humanæ Chriſti voluntati timorem, & dolorem temerarij. 1.530

Temerè aſſeruit Canus Chriſtum paſſionis tempore viſione beata corruiſſe. 1.533

Donum timoris hæreticè Chriſto negabitur, 1.534

Chriſtum in futuro ſæculo pro dæmoniis crucifixum iri Origenis error. 1.582

Negare Melchiſedech veram humanitatem, verumque ſacerdotium hæreſis eſt. 3.& p.361. & 362

Negare Deitatis, ſeu perſonæ diuinæ communicationem neceſſariam humanitati fuiſſe ad mediatoris officium Caluini error. 2.641

Negari poſſe idiomatum communicationem ab his, qui rem myſterij fideliter tenent, temerarium, periculoſum, & erroneum eſt. 2.668

Negare abſolutè quoad eſſentialia idiomatum communicationem hæreticum eſt. 4.ibid

Idiomatum communicatio nominibus abſtractis inconſequenter ab Eutychianis admiſſa, à Lutero & Vbiquiſtis recepta. 1.& 2.668.& 669

QVÆ IMMERITO.

VNus de, vel ex Trinitate paſſus abſolutè nullam meretur cenſuram. 4.290

Chriſtus eſt duæ naturæ, vel vtraque natura ſimul immerito cenſura afficitur à nonnullis. ibid.

In Chriſto ſunt tres ſubſtantiæ cenſuram non meretur licet propriùs ſunt duæ ſubſtantiæ dicatur. 5.ibid.

Vnionem factam eſſe in Deitate, etiam in ſe, non ſecundum ſe præcisè ſumpta, ſed vt identificata cum Verbi perſonalitate nullam meretur cenſuram. 1.306

Qui negant Chriſto compoſitionem nullam merentur cenſuram. 4.315

Humanitatem Chriſti de congruo fuiſſe promeritam incarnationem à cenſura eſt immune. 4.415

Non erat contra fidem aſſerens humanitatem Chriſti actibus diuinis non ſolis amare, & intelligere, 4.457

Theologis, qui docent humanitatem Chriſti æque, amabilem, & ſanctam, ac Deum formali Eutychianiſmo liberantur. 2.484

Qui negant humanitati Chriſti gratiam habitualem nec hæreſim, nec errorem incurrunt. 2.537. imò nec temeritatem. 538.

Nec de fide, nec certum eſt Chriſtum plenum eſſe gratia habituali. 1.541

Neque ex gratiæ eius ſuppoſitione in Chriſto eius plenitudo ex fide, ſed ex diſcurſu colligitur. 3.ibid.

Chriſtum Angelis primam gratiam fuiſſe promeritum, nec ſingularitatis ſubiacet notæ. 4.591

Negare humanitati Chriſti adorationem latriæ ſupremæ nullam meretur cenſuram, nec Conciliis, aut Patribus aduerſatur. 1.659

Proprius dici hominem de Petro, quam de Deo per idiomatum communicationem, proprium, Theologicum, & Catholicum ſenſum habere poteſt. 1.667

Deus aſſumpſit hominem nullam meretur cenſuram. 1.& ſeq. 640.